

## Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 158. An & qualiter per unionem Ecclesiæ vel beneficii unius cum  
alio contingat alienatio, eaque solennitates juris requirat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

transferre in aliud, ut videre est apud Rodriq. qq. reg. tom. 2. q. 125. a. 9. & Peytin. tom. 1. privileg. Minor. in Constit. Julii H. n. 76, utpote cessantia quo ad hoc propter decretum S. Cong. dum in eo revo- cantur omnia privilegia regulatium in ordine ad a- lienationes dictorum bonorum faciendas, ait Delb. c. 17. du. 3. num. 12. In specie autem, esti Episcopus sine licentia Papæ ex justa causa tamen cum consensu Capituli transferre possit corpus seu reli- quias sanctorum de ecclesia una in aliam; id tamen licet facere nequit, & forte nec validè sine justa causa; quia est species alienationis, ut ait Fagn. in c. ex eo, de reliq. & venerat. SS. num. 32. Sed de hoc paulò post, ubi de rebus, quæ alienari possunt vel non possunt.

**Quæst. 156.** An & qualiter compromis-  
sio super rebus Ecclesiæ contineat a-  
lienationem prohibitam?

**R** Esp. Compromisum tale sine solennitate juris fieri nequit; cum ex eo sequi possit alienatio seu translatio rei aut possessionis illius in aliud. Wiestn. b. t. num. 4. ex ea ratione, quod, qui de re liberè disponere, eamque alienare nequit, etiam su- per ea compromittere nequit, ut Abb. in c. dilecti. de arb. cum communi.

**Quæst. 157.** An in concessione per pre-  
cium, vel ad beneplacitum Ecclesiæ  
rei immobilitas vel mobilis preciosæ ser-  
vande sint solennitates juris?

**R** Esp. Cum Delb. c. 18. du. 19. citante Ricciū decif. 68. n. 74. affirmatē, ed quod per talēm concessionem verè jūs in rem transferatur in aliū, & sic sit verè alienatio. Secus, si concedatur solus usus seu sola commoditas ad breve tempus, ita ut nullum dominium, nec directum nec utile transfera- tur. Quod ex eo confirmatur, quod alias non pos- sent sine incurso censuræ aliarumque peccarum. Extrav. ambulosa, commodiā lampades, calices aliaque mobilia pretiola ecclesiæ, quod est absurdum & contra praxin.

**Quæst. 158.** An & qualiter per unio-  
nem Ecclesiæ vel beneficii unius cum  
alio contingat alienatio, eaque so-  
lennitates juris requirat?

**I.** **R** Esp. primò: unionem hujusmodi habere & esse speciem alienationis, convenienter ferē AA. Rebuff. in pr. benef. in reg. Cancell. 21. de unio- nib. gl. II. num. 2. Laym. in disp. de reb. eccl. alien. thef. 3. Pith. b. t. num. 7. Delb. c. 17. du. 13. n. 7. juxta c. tna. de his que sunt à Prælat. c. pastoralis. de donat.

**2.** Resp. secundò: non potest fieri ab Episco- po sine solennitate juris. Quarant. v. alienatio. num. 35. & alii apud illum Delb. l. c. & nequidem adhibitis etiam solennitatibus unire ea sua aut Capitulari mensæ, non obstante etiam in contrarium conser- tudine immemoriali ut dictum ad tit. II. Qualiter verè inter cæteras ab Episcopo aut etiam Legato A- postolico in facienda hac unione necessario requi- rendus consensus Capituli Cathedralis, & qualiter is ab eo præstandus, dictum quoque ad tit. de his que sunt à Prælat. Præter quem consensum inter so- lennitates has numeratur consensus illius Prælati vel superioris, cui ecclesia unienda est subjecta. Gl. in

clem. 2. b. t. v. Rector; non tamen Rectoris ecclesiæ seu possessoris beneficii uniendi. c. consultationibus. de donat. Gl. cit. v. vocatus, utpote cui nullum per hoc præjudicium creatur; cum non obstante unio- ne, ipse retineat ecclesiam vel beneficium, unioque effectum habituta non sit, nisi post mortem aut amotionem illius. Azor. p. 2. t. 6. c. 28. q. 12. Sanch. l. 7. mor. c. 29. n. 171. Barbos. in collect. ad cit. clem. 2. num. 2. Item requiritur vocatio collatoris be- neficii uniendi; quia huic sit præjudicium, saltē in potestate providendi beneficium unitum. Abb. in cit. clem. n. 5. & si est patronatum, etiam patroni consensus, si est laicus. cit. c. pastoralis. Rebuff. l. c. à n. 6. Azor. l. c. Pith. b. t. num. 8. Item, ut Episcopus, etiam cum consensu sui Capituli, uniat par- tem aliquam decimarum aliorumve redditum alicuius ecclesiæ Parochialis vacantis alteri ecclesiæ vel præbendæ, requiritur insuper, ut illi ecclesiæ vacanti constituantur Curator vel Defensor, qui vicem Re- toris supplet juxta c. 1. b. t. in 6. qui tamen non requiritur, dum Episcopus totam ecclesiam vacan- tem unit alteri juxta clem. 2. b. t. dīparitatem hujus hanc assignat Gl. in cit. clem. v. defensor. quod per u- nionem totius ecclesiæ vacantis nulli fiat præjudicium; per unionem verò partis bonorum ecclesiæ va- cantis magnum fiat præjudicium Rectori futuro, ut- pote cuius sustentatio per hoc minuitur. Barbos. l. c. n. 13. § 14. Pith. l. c. De cætero ipse etiam Pa- palicet beneficia quæcumque unire possit ex causâ iusti fine utilitatis solennitatibus; cum plenissimam habeat in beneficialibus potestatem. c. 2. de præben- dis. non solet tamen id facere, nisi priùs requisito consensu Episcopi seu Ordinarii & Capituli Cathe- dralis, vocatisque iis, quorum interest; cum non so- leat juribus ecclesiistarum derogare, & alienationes facere pro suo libitu. ita Pith. b. t. num. 9. cito Laym. ubi ante thef. 3. Porro quod dictum hic de unione beneficiorum, idem dicendum de dissolutione u- nionis & dismembratione ecclesiæ Parochialis, aut etiam reddituum illius alteriusve dignitatis, aut etiam suppressione de quo quoque vide dicta ad tit. de his que finit.

**Quæst. 159.** An & qualiter Papa alic-  
iare possit res ecclesiasticas?

**R** Esp. Certum est, Papam posse in casibus sibi lici- tis sine solennitatibus juris positivi res ecclesiasti- cas alienare tam Ecclesiæ Romanæ, quam alia- rum ecclesiistarum inferiorum eo ipso, quod quacun- que lege humana sit superior. Item non subdi illum pœnis & iudicij juris positivi; cum legislator non te- neatur quo ad vim coactivam & punitivam legibus suis aut Prædecessorum suorum. Adeoque non ob- stante can. non licet 12. quæst. 2. quod est Symachi Papæ, cuius varias interpretationes vide apud Wiest- ner. b. t. num. 17. solo tamen jure naturali & divino prohibetur facere alienationes inutiles bonorum ec- clesiæ, cum eorum non sit dominus sed supremus administrator, non ad dissipandum, sed ad dispen- sandum à Christo constitutus, ut cum communis & recepta doctrina. D. Tho. 2. 2. quæst. 10. a. 1. ad 7. Laym. l. 3. ir. 4. c. 10. n. 11. Delb. de immunit. eccl. c. 17. du. 27. n. 3. & seq. quietam à n. 6. astruit tenaci illum ex prævio aliquo facto distribuere & alienare non nisi juxta mente fidelium ea relinquendum & donandum, ita ut, si contra illam sine rationabili causa res unius ecclesiæ in aliam ecclesiam alium- ve piū ultim., vel etiam beneficium ab uno be- neficiario in alterum transferat, alienatio talis sit quidem valida, non justa. Sed quidquid sit de hoc,